



Amice Lector!

Abiennio circiter communicatum nobis fuit Schediasma impressum , tenoris sequentis :

Depositiones Extraordinariæ duarum Velatarum Virginum Conventūs Sancti Achatii Colonien. MARGARETHÆ BAUMS & MAGDALONÆ GROP-PERS ; item duarum Laicarum Profesarum ejusdem Monasterii GERTRUDIS WILLICHIS & BELÆ LÜLSDORFS, per me Notarium infrà scriptum ad instantiam Rvdi Patris ac Domini Gisberti Specht, SS.Theol. Doctoris. Prioris Monasterii Prædicatorum in Colonia, & Vicarii Saxon. Provin. Braban. expeditæ, præsentibus testibus ſpecialiter ad hoc vocatis , videlicet : Magistro Andrea Worringen, Tectore; & Magistro Laurentio Wirtt, Fabro Ferrario, in platea unctoria habitantibus , civibus Colon.

- I. Omnes & singulæ expressè deposuerunt se fuisse & adhuc esse Professas Moniales & Professas Laicas Sorores Monasterii Sti. Achatii Ordinis S. Dominici.
- II. Illas semper Provinciali & ejus Vicario Germaniæ Superioris sine ulla exceptione subiectas fuisse & ab illis visitatas.
- III. Quòd passim ordinariè quinque veletæ & duæ Novitiæ diu noctuque visitaverint Chorum cantando & legendo.
- IV. Quòd semper habuerint proprium Confessarium & quotidie duo Sacra, unum quod legebatur, alterum quod solemniter cantabatur ex Conventu Fratrum Prædicatorum Coloniæ.
- V. Ex eodem Conventu Dominicis & Festivis diebus Concionem.
- VI. Quòd quidam Jesuita, nomine P. Jacobus, citrà Ordinis Licentiam audierit duarum Priorissæ & Subpriorissæ confessionem & prædicaverit.
- VII. Post illam confessionem & prædicationem Priorissam & Subpriorissam contra Ordinem & P. Provincia-

cialeum tumultuâsse, & ejus visita-
tionem repudiâsse.

VIII. Tandem Patres Jesuitæ Ordine
in scio Romæ à Gregorio XIII. sup-
presso nomine S. Dominici emptio-
nem Monasterii impetrâsse.


IX. Quòd coactè debuerunt subscribere
urgente quodam Commissario
Prælato sacerdotali in albo vel blanco
cum illa comminatione, quòd quæ-
cunque non vellet subscribere nihil
de pecunia venditionis acciperet.

X. Verùm quòd Patres noctu existenti-
bus monialibus in earum Monaste-
rio perfregerint per se vel alias mu-
rum Conventûs, & ità intraverint
Patres.

XI. Conventus nullo ære alieno obli-
gabatur nisi tantùm in uno aureo
floreno, quem etiam solverunt,
priusquam dividerentur ad aliena
Monasteria.

XII. Habebant in deposito adhuc 600
Aureos in auro & in re domestica in
singulis provisionem unius Anni.

XIII. Verùm quòd Patres non saltem
locum sed Clenodias Ordinis. Item
libros Chorales & Missalia acce-
perint.



Attestor Ego Jacobus Villinck, publicus & venerabilis Curiæ Archi-Episcopalis Colon. causarum communis, nec non Almæ Universitatis Generalis Studii, ibidem Notarius, Bedellus, & Scriba juratus, atque ad hunc Actum depositionis requisitus, quod hujusmodi præmissæ depositiones ita per me in præsencia supra scriptorum testium Anno 1607. die 13tia Mensis Augusti expeditæ sunt, manus meæ propriæ scripturâ.

NOTA. Hoc negotium totum directum fuit urgentibus Jesuitis, per Hæreticum & Apoletatum Episcopum qui violentâ manu restrinxit manus Ordinis.

Frater Gisbertus, Prior.

Concordantiam cum suo Originali bene Collationato Attestor ego Herman Joseph Rheindorff, Notarius Apostolicus scripsi & subscripsi, signetoque meu Notariali munivi.



Sicut